



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

XIII. De Communione, Orationibus post Communionem, Ite Missa est, vel
Benedicamus Domino, de Benedictione, & Euangelio S. Ioannis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

TITVLVS XIII.

De Communione, Orationibus post Communionem,
Ite Missa est, vel Benedicamus Domino,
de Benedictione, & Euangelio
S. Ioannis.

1. **E**Xpleto Canone, & alijs omnibus vsque ad Communionem, eâ peractâ dicitur *Communio & Orationes post Communionem*, eodem modo & ordine vt in principio Missæ: & repetito *Dominus vobiscum*, dicitur, *Ite Missa est*, vel, *Benedicamus Domino*, pro temporis ratione. *Ite Missa est*, dicitur quando cumque dictum est, *Gloria in excelsis*. Cùm non dicitur, eius loco dicitur, *Benedicamus Domino*. Resp. *Deo gratias* In Missis Defunctorum dicitur, *Requiescant in pace* Resp. *Amen*.

2. Dicto *Placeat*, datur *Benedictio*: quæ à Celebrante semper datur in Missa, præterquam in Missis Defunctorum. Deinde legitur Euangelium S. Ioannis, *In principio*, præmisso *Dominus vobiscum*, & *Initium*, vt moris est: quod Euangelium nunquam præmittitur in Missa, nisi quando fit de Festo in aliqua Dominica, vel Feria quæ habet Euangelium proprium, quod legitur eius loco. Excipitur Dominica quarta Aduentus, cuius Euangelium non legitur in fine Missæ, quando in ea occurrit Vigilia Natiuitatis Domini, quia nec in Officio lectum est. In tertia Missa de die Natiuitatis Domini legitur in fine Euangelium de Epiphania, *Cum natus esset Iesus*. Et in Dominica Palmarum in Missis priuatis legitur Euangelium quod ponitur in benedictione Palmarum, quod etiam lectum est in Officio. In vigilijs quæ occurrunt in Quadragesima, vel Quatuor Temporibus, non legitur Euangelium Vigiliæ in fine

Missæ. Et similiter in Missis votiuus nunquam legitur in fine aliud Euangelium, nisi S. Ioannis.

ANNOTATIONES.

*Gauantus
comment. in
Rubr. Miss.
Part. 1. tit.
§ 3. sub n. 2.
lit. 4.*

§. 1. Quando dicuntur duæ Missæ altera de festo, & altera de feria, absque vlla vtrorumque commemoratione, legitur Euangelium S. Ioannis in fine vtriusque.

§. 2. Euangelium respondens Officio vel nobiliori loco legendum, vel omnino omittendum. Idcirco in votiuus semper dicitur Euangelium S. Ioannis.

§. 3. Errant contra supradictâ Rubricam, qui in tertia Missa Natiuitatis Domini bis recitant Euangelium S. Ioannis in initio, & fine Missæ, cum post tertiam illam Missam loco prædicti Euangelij dicendum sit Euangelium. *Cum natus esset Iesus* quod habetur in die Epiphaniæ Domini vt suprà annotatum.

§. 4. Si occurrat Vigilia infra Octauam Corporis Christi, quia Missæ priuata sunt de Octaua, in his debet dici Euangelium de Vigilia, in fine Missæ, quia dictum est Euangelium ad matutinas.

TITVLVS XIV.

De ordinanda Missa ex supradictis Rubricis.

I. **S**upradictis Rubricis cognitis si quis velit ordinare Missam diei, recurat ad Ordinarium Missarum de Tempore, vel de Sanctis, secundum qualitatem Officij. Si proprium non habeat, recurat ad Commune Sanctorum. Si de Feria agendum sit, & propria Missa non fuerit de Feria, dicatur Missa præcedentis Dominicæ, omisfis *Gloria in excelsis*, & *Symbolo*: præterquam Tempore Paschali; in quo semper dicitur *Gloria in excelsis*, vt suprà, exceptâ Missâ Rogationum: & in Auentu prætermittitur *Alleluia* post *Graduale*, cum suo Versu. Si dicenda sit Missa votiuus, requi-

requira
Si plure
post M
singulæ
berur p
fis, circ
Præfati
tur suo
pore.

Hic a
no non
probata
reicta,
decim A
gatione
in calce
eodem
Missa de
certis R
Ordinis
Roman
rum me
um Cot
facular
mano n
proprij
les Offi
Sanctis
tio Rit
da effe
ni Præc
Congre
Missa v
exquir
& obse
omnib
vero n
cum O
Coron
fione r
adeant